

ELEMENTA  
JURIS CIVILIS  
SECUNDUM ORDINEM  
PANDECTARUM,

Commoda Auditoribus Methoao

A D O R N A T A

A JO. GOTTL. HEINECCIO

JC. Consiliario Aulae Regiae Prussicae,  
antehac in Academiis Halensi & Frisica  
Antecessore, jam in illustri Viadrina  
Pand. & Philos. Mor. & Rat. Prof. Ord.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS,  
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.  
MDCCLXIV.

---

*Superiorum Permissu, ac Privilegiis.*

*Viro Illustri atque Excellentissimo*

JO: PETRO A LUDEWIG,

J. C. CELEBERRIMO,

Pot. Prussorum Regi a Consiliis Secretioribus, Academiae Halensis Cancellario, & Jurium ac Historiarum Professore eximio, Dynastæ in Bendorf & Gratersted

S. P. D.

JO. GOTTL. HEINECIUS.

**J**Am pridem TIBI hoc officium debeo, VIR ILLUSTRIS, ut quanti præclara TUA, quæ in utramque rempublicam exstant merita, quanti inusitatam, qua polles, eruditionem, ac sinceram in primis amicitiam, qua raro exemplo & absentem me prosequutus es, & faciam, & facturus sim perpetuo, publico quodam monumento testarer. Quemadmodum enim ex pristinae consuetudinis nostræ memoria incredibilem capio voluptatem, neque unquam istius temporis sine oblectatione recordor, quo TE collegam salutare, & non modo amore ac consiliis TUIS, sed & aliquando bibliotheca illa locupletissima, & quæ jam pridem privati sortem excessit, quin & in secretiore illo museo TUO colloquiis jucundissimis frui licuit; ita non potui,



# ELEMENTA JURIS

SECUNDUM ORDINEM

## PANDECTARUM.

### PARS PRIMA.

SEU ΠΡΩΤΑ.

### LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

### DE JUSTITIA & JURE.

§. I.



Urisprudentiam tradituris me-  
rito a fine, ad quem compara-  
ta est, objectoque, in quo ver-  
satur, auspicandum videtur.  
Quum itaque JUSTITIÆ  
fruendæ causa reperta sit ju-  
risprudentia, hæc autem in JURE interpre-  
tando adplicandoque versetur; apposite sa-  
ne JUSTINIANUS προλεγομενα quædam

Jurif-  
pru-  
dentiz  
finis &  
obje-  
ctum.